



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

2 An possessio legitima in materia iustitiae sufficiens titulus sit deponendi
dubiam conscientiam, & honestandi operationem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

licitam esse; alias contra rationem operaretur; iudicio illi speculatio non se conformando. Si enim generaliter iudices nemini licere die festo feruilia opera facere; causa aliqua debet adesse, ob quam iudices tibi licitum esse: alias peccabis illa exerceo. Et ita tenet Cordub lib. 3. q. 9. q. 5. dub. 5. post. 1. proposit. Suarez 5. tom. in 3. part. disp. 40. scilicet 5. n. 24. Valquez 1. proposit. Suarez 5. tom. in 3. part. disp. 40. scilicet 5. n. 24. Valquez 1. de matr. disp. 41. n. 6. Et lib. 1. in D. cal. c. 9. n. 3. Et c. 10. n. 7. Et 8. Ioan. Sanch. disp. 42. n. 1. ex quo fit ad variandum iudicium (speculationum necessatio requiritur diligentiam aliquam, vt bene dicit Th. Sanch. supra lib. 1. c. 10. n. 7. Et 8. quia non pro libito variari potest. At diligentia est requirita ad inuestigandam rationem alicuius probabilem; illa autem inuenta nihil amplius desideratur, lus potius.

5 Dicendum est operari cum conscientia practice dubia, hoc est, cum dubio, an hic, & nunc aliquo precepto tenearis, esse intrinsece malum & peccatum. Est conclusio ab omnibus recepta. Primum, quia sic operans manifesto periculo transgreditur preceptum, & legem Dei te exponis. Secundo, facis contra amicitiam Dei, liquidem eius voluntati prefers tuam, vel aliorum utilitatem, ob cuius gratiam facis opus, de quo dubitas gratum, vel ingratum sit Deo, nihil existimans sine illi ingratum. Tertio, talis operatio bona esse non potest, ad rectam enim operationem cognitio de bonitate obiecti requiritur, alias voluntas non dicitur bonum amare. Qui autem dubitat de bonitate, non potest dici obiecti boni cognitionem habere. Ergo non potest talis cognitio communicare bonitatem operationi. Malitiam autem bene potest communicare; quia ad hoc sufficit cognoscere malum sub dubio, bonum enim ex incepta causa, malum ex quolibet defectu. Neque ad hanc malitiam necessarium est iudicium reflexum, quo iudices incertum esse, an sit malum id de quo dubitas, sufficit enim dubitare esse incertum, vt bene probat Valq. 1. 2. disp. 65. c. 1. n. 4. & Th. Sanch. lib. 1. in De. ac. c. 10. in primis. Suarez 6. tom. in 3. part. disp. 40. scilicet 5. n. 2.

6 Hinc fit dubitatum speculative de obligatione alienius precepti, si rationabiliter dubium non deponat, obligatum esse eligere partem tutiorem. Est conclusio euidens ex supradictis. Nam dubium speculatiuum infert necessario dubium practicum perse, nisi ex aliqua circumstantia deponatur. Ergo vt peccatum non committatur, debet sic dubitans pro vitibus periculum peccandi vitare. Tenetur ergo eligere partem tutiorem; & in hoc casu regula iuris, In dubis tutior pars est eligenda, non est consilium, sed preceptum, vt bene aduertit Th. Sanch. lib. 2. de matr. disp. 41. n. 9. & Azor. sit. 4. in st. moral. lib. 2. c. 16. in fine, & videtur decidi cap. illud dominus, de clerico excommunicato.

7 Illa autem dicitur pars tutior, in qua nihil mali repraesentatur, quod si duo precepta incompatibilia concurrant, quae disceda sit tunc pars tutior, non est facile definire. Firma enim regula stadi non potest, cum semper preceptum diuinum posituum naturalis praesentatur ob bonum commune. Preceptum enim seruandi sigillum confessionis, consecrandi in duplici specie, culibet alio precepto seruandi vitam, & honorem cuiuslibet praeualer. Et contra vero preceptum naturale seruandi vitam, honorem, diuitias proprias, vel alienas, precepto diuino seruandi festum, communicandi, & similibus aliis antefertur. Quapropter quod alicui attonis circumstantiis, & examinatis rationibus pro temporis opportunitate minus malum seise obrulerit, illud respectu illius dicendum est pars tutior, ac proinde eligendum, iuxta textum in c. duo mala, 1. q. dist. 8. in c. noui testicularum, ead. dist. Quod si discernere non valeat, quodnam ex illis preceptis praeualeat, quodlibet eligere potest, cum non sit maior ratio vnius quam alterius, & vtrumque impleri nequit, vt relato Corduba, & Medina docet Th. Sanch. lib. 1. in Decal. c. 9. num. 1. q.

8 Difficultas solum est, qua ratione dubium speculatiuum, & practicum deponi possit, vt licita sit operatio, siue vnam, siue duo precepta incompatibilia concurrant, quod in sequentibus punctis examine pergerimus.

PUNCTUM II.

An possessio legitima in materia iustitiae sufficiens titulus sit deponendi dubiam conscientiam, & honestandi operationem.

- 1 Explicatur questio.
- 2 Quid sentiat Adrian.
- 3 Quid sentiat, & alij
- 4 Possidens rem bona fide, & facta sufficienti diligentia, an sit scia, si vincere dubium non potest, eam poterit retinere.
- 5 Proponitur obiectio.
- 6 Soluitur.
- 7 Suborta dubitatione debet fieri diligentia ad inuestigandum verum dominum.
- 8 Si bene diligentiam omittat, cum dominus comparere poterit, de Castro sum. Mor. Pars I.

rat. teneris ad restitutionem.

- 9 Probabile est oppositum.
- 10 Si promissa debita diligentia propendes magis rem illam alienam esse, affirmant plures te obligatum esse restituere, vel saltem diuidere.
- 11 Probabilis est te obligatum non esse.
- 12 Possessio legitima titulus est sufficiens non solum ad retinendam rem, sed etiam ad illam alienandam.
- 13 Alienans contractu oneroso, debes monere emporem de dubio.
- 14 Si certo tibi constat debitum contraxisse, dubius tamen es, an solueris, teneris solueri.

1 V Erbi gratia, dubitas de te, quam legitime possides an tua sit, poteris retinere, & a tenare?

2 In hac re Adrian. 4. de rest. quest. de prescrip. hoc. supposito, & quodlib. 2. art. 2. ad 2. confirm. primi argum. asserit facto examine sufficienti, si adhuc permanens dubius, debere rem illam restituere. Quia in dubiis pars tutior est eligenda, cap. inueni, de sponsal. cap. ad audiendam, de homicid. Constat autem tutius esse restituere, quam retinere: quia in restitutione nullum potest esse peccatum, neque iniuria, in retentione vero esse potest.

3 Sotus in 4. de inst. quest. 5. art. vlt. prope finem. Martin. de Ledelm. 2. part. 4. q. 13. art. 1. sub. 14. fol. 231. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 1. tract. de domino ante. §. huc constitutus. & reputat probabile Corduba lib. 3. q. 6. ad 3. in 1. §. vlt. d. cum te teneat diuidere rem cum persona, de qua dubitas an eius sit, si persona est tibi cognita: si illam non cognoscis, cum pauperibus est diuidenda. Quia stante aequali dubio, aequale ius videtur esse vtriusque partis. Ergo res diuidi debet.

4 Alij tamen Doctores (quibus libenter assentior) absolute docent, si rem bona fide possidisti, & postea dubitas cuius sit; factaque sufficiente diligentia ad inuestigandum verum dominum, vincere dubium non potes, te posse retinere. Quia possessio est sufficiens titulus deponendi dubiam conscientiam, & honestandi retentionem: sic Couarr. reg. possessor. 2. part. §. 7. nu. 4. & reg. peccatum, 3. part. in fine, n. 4. Molin. rom. 1. de inst. ar. 2. disp. 35. sine. & disp. 36. o. cl. 1. Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. diff. 20. n. 1. Th. Sanchez lib. 2. de matr. disp. 41. n. 9. lib. 1. in Decal. c. 10. n. 9. Salas 1. 2. tract. 8. disp. vn. sect. 2. 3. m. 22. Valquez disp. 66. c. 7. n. 36. Sayrus lib. 1. in clau. regia. c. 13. n. 13. Anton. Perez in sua laurea, circ. 10. scholast. n. 127. Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 19. §. 5. & 9. 8. ad primam rationem. Egid. de Coninch de sacram. disp. 34. dub. 10. n. 93. Ioan. Sanchez disp. 43. m. 1. & alij plures possent referri. Probo primo ex r. g. iur. in 6. 6. §. & reg. 170. ff. eod. in. In pari causa, & delicto melior est conditio possidentis. Cum ergo aequaliter dubites, an tua, vel aliena res sit, & ex alia parte tu possideas, melior est tua conditio, vt possis retinere. Secundo in foro externo spoliandus non esses in tali dubio re illa, siquidem cum sunt partium iura obscura, teo potius fauendum est, quam auctori, ex r. g. 11. de irregul. iur. in 6. & quia possessor bonae fidei sine plena, & euidentis probatione in contrarium remoueri non debet. lib. 1. in fin. c. de conditionibus inferis, & probat Salas sup. num. 22. 6. & Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 32. Sed forum internum semper externo conformari debet, quando externum falsa praesumptione non innititur, vt docent Bad. in h. m. ing. ess. num. 49. C. de sacrosanct. Eccles. Sotus lib. 4. de inst. q. 5. art. 3. vers. quarto arguitur. Couarr. n. cap. cum ess. num. 7. de rest. me. 1. Valquez 1. 2. om. 1. disp. 66. cap. 1. num. 3. Salas, quest. 12. tract. 8. disp. vn. §. 18. n. 166. & n. 171. & n. 126. Garcia 2. tom. de benef. par. 9. ap. 1. n. 10. Thomas Sanchez lib. 1. de matr. disp. 5. num. 20. ad medium, & lib. 2. de matr. disp. 41. in m. 12. & lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 9. & num. 11. & lib. 2. c. 23. n. 40. in fine. Suarez de censur. disput. 40. scilicet 5. num. 16. Ioan. Sanchez in select. disp. 42. num. 4. circa finem, & disp. 48. num. 55. & alij ab ipsis relati. Ergo cum in foro externo spoliandus te posses- sa non esses, neque etiam in foro interiori te debes spoliare. Tertio, esto aequale sit dubium, an tua, an aliena res sit, ac non est dubium te illius esse possessorem. Ergo nulli facis iniuriam in possidendo. Quarto, duplex ius superare debet vnum: ex parte tua est duplex ius in te, quam possides, alterum ius dubium proprietatis, alterum ius certum possessionis: Ex parte alterius est solum ius dubium proprietatis: Ergo tuum ius superius est iure alterius. Ergo non est, cut rem, neque aliquid illius a te debes expellere.

5 Dices, ex tali dubitatione possessionem interrumpi, cessat enim bona fides in possidente, quae consistit in eo quod existimet rem, quam possidet, suam esse, quod non potest affirmare, qui dubitat: cessante autem possessione, iam aequale ius est vtriusque partis. Ergo res retineri non potest ab vno, sed vel relinqui debet a dubitante, vel diuidenda inter vtrumque.

6 Facile obiectioni sit satis. Dubitatio namque impedit bonam fidem in incipiente possidere, quia iniuste rem tibi arrogat, quam non magis estimat ad se, quam ad alium pertinere. At in continuatione possessionis solum requiritur, vt ignoret esse alienam, quia dum non probatur esse alienam, pro possi-

DE CASTRO PALACIO



dente est presumptio, ut definitur expressè *cap. si virgo. 34. q. 1. ibi. in iure praesertim tandem unusquisque possessor bona fidei dicitur, quando possidere se ignorat alioquin.* & tradit multis telatibus Couart. ad reg. possessor. 2. p. 5. n. 3. & seq. Ioan. Med. Cod. de restitut. q. 17. Lessius lib. 2. de iust. c. 6. dub. 3. Quocirca dum de veritate non constat, semper possidenti fauendum est, neque obligandum aliquid restituere, iuxta l. si qui d. finauit. ff. de rei vindic. c. §. retinenda. In sit. de interd. l. i. & cononat lex 27. ii. 2. part. 3.

7 Apposui notaret in conclusione, facto examine ad investigandum verum dominum, te posse rem, de qua dubitas, retinere, si ille non compareat. Requiritur enim suborta dubitatione diligentiam facere ad inuestigandam veritatem. Hæc namque inuestigatio necessaria est, ut vnicuique quod suum est reddatur. Ita Doctores num. 4. in princ. relati. Illa autem inuestigatio durante, non potes vitare, quæ visu consumitur, alioqui frustra dominus quaeretur. Poteris tamen uti illa, quæ visu non consumitur. Si enim esset equus, vel mancipium, posses illo vi dum adhibes diligentiam animo soluendi domino pretium illius vfus, deductis alimentorum expensis. sic Thom. Sanch. lib. 2. de marim. disp. 41. quæst. 2. concl. 3. num. 21. Salas disp. vnic. sect. 23. c. 218. Villalobos tom 1. sum. tract. 2. diff. 20. num. 4.

8 Si omnes inuestigare dominum, quando ipse possit comparere. & ea de causa postea non comparet, communis sententia tenet te ea de causa possessorem malæ fidei contitui. Quia ex aliqua omissione contra iustitiam sequitur dominum non comparere. Teneris ergo tanquam possessor malæ fidei rem & fructus pro qualitate dubi restituere. Ita Mol. tom. 1. de iust. r. 2. disp. 6. concl. 1. Th. Sanch. disp. 41. n. 13. Villalob. n. 2. Salas n. 317.

9 Probabile est, si dominus non comparet, te non esse obligatum ad aliquam restitutionem. Nam esto peccaueris contra iustitiam in omittenda inuestigatione veri domini, cum comparere probabiliter poterat, at non obinde te malæ fidei possessorem constituit. Quia nunquam certus fuisti rem alienam possidere: quod videbatur necessarium ad amittendam possessionem antea acquisitam: & ita docet Rebell. de oblig. iust. c. esto tutius, & probabilis reparat oppositum 1. part. lib. 2. q. 5. de rest. n. 22. §. sed quid.

10 At quid dicendum, si præmissa debita diligentia & dubius sis, propendeas tamen magis rem illam esse alienam, teneris ne restituere, vel dividere?

Affirmant plures te teneri dividere, si diuisibilis est, sin minus recompenationem facere tantundem in æstimatione præbendo, sic tenet Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. controu. 4. concl. 4. Bannes ibi in præamb. ad q. 148. 1. 2. dub. vltim. concl. 2. & quæst. 40. art. 1. dub. 5. concl. 4. Valent. 2. 2. disp. 3. qu. 16. p. 2. col. 5. v. r. s. i. autem Thom. Sanch. lib. 2. de marim. disp. 4. concl. 2. num. 19. Agid. de Coninch. disp. 34. de sacram. marim. dub. 10. num. 93. Quia tunc non est par causa tua, & aliena, ut possessio tibi suffragetur: imò illa maior propensio videtur æquiualeat possessioni.

11 Nihilominus probabilius existimo te non teneri dividere rem legitime possessam, etiam si magis propendeas alienam esse, & etiam si id probabiliter iudices, modo certus moraliter non sis, alienam esse. Possessio enim præponderat omnibus rationibus non conuenientibus: & ita docet Valquez disp. 66. c. 7. n. 42. Salas sect. 23. n. 231. Thom. Sanch. mutans sententiam lib. 1. in Decal. c. 19. n. 9. Qui bene aduertit te debere teneri probabiliter iudicare esse tuam, ut possis retinere; aliàs retinens operaretis contra conscientiam.

12 Non solum possessio legitima est titulus sufficiens, ut dubitans, sine res tua, vel aliena, eam possis retinere, sed etiam ut eam possis alienare. Quia inutilis tibi esset possessio, si re possessa vti non liceret, imò potius esset onerosa, si illam intactam seruare deberes. Ita Valq. n. 18. Salas n. 227. Thom. Sanch. de marim. lib. 2. disp. 41. q. 2. concl. 4. n. 22. Couart. reg. peccatum 3. part. in princ. n. 4. Ioan. Sanch. disp. 43. n. 12. Perez, & Villalobos ju. r. d.

13 Aduertunt tamen Couart. uterque Sanchez, Salas, & alij, si vendas rem, sic sub dubio possidens, te debere monere emptorem de dubio, quod habes, quando probabilis spes est dominum comparitum. Quia vendis rem vitiolam, expostamque periculo, ut comparente vero domino ab emptore extrahatur. Hoc enim vitio, & periculo detecto vel emptor non emeret, vel emeret viliori pretio. Quod si spes moralis non est, ut certò vetus dominus compareat, non teneris monere de dubio, quia tunc emptor morali periculo non exponitur, sic veteris Sanch. 2. 2. quæst. 62. art. 6. dub. 5. Fach. l. b. i. contr. c. 64. in paruis fol. 118.

14 Obseruandum denique est supradictam doctrinam non procedere in debitis certo contractis, & solutione dubia: si tibi certo tibi constat debitum contractis, dubius tamen es, an solueris, teneris soluere; quia possidet alius actionem debiti contra te, quia idem in dubio priuate non potes. Dubia enim exceptio non potest exequiari excipientem, ex l. T. in rextores, ff. de legat. 1. & ex his, quæ notat Bald. non solum, §. sed ut probari,

ff. de noui operis nunciat. Deinde quia iustitia petit æqualitatem, & debito certo non est æqualis dubia solutio. Ita Valq. disp. 66. c. 6. fine. n. 43. Salas n. 231. fine Thom. Sanch. lib. 1. in Decal. c. 19. n. 12. Suar. tom. 2. de relig. lib. 2. de iuram. c. 33. n. 10. Ioan. Sanch. alius telatis disp. 42. n. 9.

PUNCTVM III.

An possidens mala fide tenearis rem integram restituere, cum dubius es ad quem pertineat.

- 1 Si à possessore bona fidei rem furto accepisti, & dubitas, an eius sis, teneris integram ei reddere.
- 2 Si titulo emptionis, vel donationis rem sub dubio furtiuam possederis, & facta diligentia dubium persistit, teneris dividere inter eos, de quibus dubitas.
- 3 Limitandum est nisi à possessore bona fidei acceperis.
- 4 Emens rem furtiuam, vi domino reddas, non peccas.
- 5 Emptor bona fidei dicitur, cum nulla ratio convincens se tibi offerre rem emptam esse furtiuam.

1 **E**X dictis superiori puncto constat, si à possessore bonæ fidei rem furto accepisti, & dubitas an sic eius, teneri te ei integrè reddere. Quia iniuste illum spoliasti, neque habes titulum, ratione cuius possis rem, aut partem illius retinere. & ita tradit Nauar. 17. num. 217. Cordub. in sum. quæst. 111. 4. 2. concl. 3. Molin. 107. 1. de iust. tract. 2. disp. 25. §. v. r. m. Nauar. de rest. lib. 3. ap. 1. dub. 8. n. 30. Salas tract. 8. disp. vn. sect. 23. n. 234. Thom. Sanch. alius referens l. b. 2. de mar. disp. 41. concl. 6. n. 16. Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. d. ff. de 20. n. 6. Ioan. Sanch. disp. 43. num. 13.

2 Verùm si dubitas, an res sit furtiua, & titulo emptionis, vel donationis possediti, teneris facta diligentia, & dubio persistente rem dividere inter te & eos de quibus dubitas. Quia tunc pro nullo stat presumptio, ac proinde omnes æquale ius habent. Pretium autem à te datum in causa esse non potest, quominus debeas alius, qui non acceperunt, & de quibus dubitas, an eorum sit restituisse. Sicut si comparet verus dominus, teneris illi integram restituere, etiam si pretium dedidisses, quia mala fide illud dedidisti. sic Salas illa disp. vn. sect. 23. n. 231. Th. Sanch. concl. 5. n. 24. Villalobos n. 5. Molin. illa disp. 35. §. verum, & disp. 16. fine.

3 Limita supradictam doctrinam, nisi à possessore bonæ fidei acceperis; tunc enim est dubius acceperis, at non comparente domino post factam diligentiam, poteris retinere rem, & illa vti quæ succedit loco possidentis, à quo accepisti titulo emptionis, vel donationis. Quia ratione emens mancipia ab asportantibus, est dubius emens, an fuerint furtiua; at facta diligentia pro inuestigando verum dominum, si spes moralis sit, fore ut compareat, est quæ illud vendit, & cuius loco tu succedisti. Quia tunc non est possessio pro libertate mancipij, sed pro possessore bonæ fidei, qui illud vendit, & cuius loco tu succedisti. sic Molin. disp. 36. concl. 1. & 3. ex quo desumpserunt Sanchez illa disp. 41. de marim. num. 28. Ioan. Sanchez disp. 43. num. 14. Salas n. 236.

4 Sed inquires primò, an emens rem furtiuam, ut verum dominum iniquitas, & eam illi tradas pecces.

Responde te non peccare, imò gratum domino fore, qui nunquam alia via rem esset habiturus. sic Couar. v. g. peccatum; 3. part. initio. n. 4. Bannes 2. 2. q. 62. art. 6. dub. 5. concl. 1. Salon. ibid. contr. 4. concl. 2. Th. Sanch. lib. 2. de mar. disp. 41. n. 29. Salas 2. 2. tract. 8. disp. vn. sect. 23. n. 237. Villalobos diff. 20. n. 8. Quod si dominus non compareat, teneris rem in pio vsu conuertere, deducto pretio. Quod similiter deducere potes domino comparente, cum viliter eius negotium gesseris, ac proinde non est æquum te in amissione pretij condemnare. sic Salon. Bannes. Sanch. & Villalob. supra.

5 Inquires secundo, quid requiratur, ut emptor bonæ fidei dicaris, sufficiens ignorare rem esse furtiuam, & credere non omnia ab aliquo vendita furtiua esse, esto rumor, seu vehemens suspitio sic illum multa furtiua vendere? Negat Molin. illa disp. 35. in fine. concl. 2. & concl. 4. in princ. Mercado lib. de contr. c. 20. fol. 104. Th. Sanch. disp. 41. n. 27. Salas n. 235. Villalobos diff. 20. n. 7. Mouentur, quia periculo te exponis rem alienam retinendi, ac proinde bonæ fidei possessor dici non potes. Hoc tamen intelligerem quando rationes efficaces, que moraliter conuenientes adessent venditori rem furtiuam, non quando dubiæ sunt, & probabiles: tunc enim deponere debes dubium, & intelligere, alium tuè vendere, quia nemo præsumitur malus, nisi probetur, neque in dubiis de iustum commississe, ex reg. iuris, & ex l. merito, ff. pro socio.
